

Vt Musae, ita Humanitatis Miraculum,

Ad priores illas litteras tuas, et una Epigrammata, an responderim, ut ingenue dicam, nescio. Voluntatem scribendi, ut ipsa haec insinuet dubitatio, ab humanissimo humanitatis tuae Genio impetrabo. Quae etiam impedimenta saepe sint, nefas sit exprimere. Sed cum calamus cessat, non desino animum ad te mittere, quo quemadmodum vivo, tuus sum, et semper ero: haec saltem fortuna beatus, quod etiam absenti mihi colere divinum ingenium tuum liceat. Accepi vero nuper tria MOMENTORVM tuorum exemplaria: et quemadmodum ad me missum summo affectu ac veneratione exosculatus sum: ita sum VENDELINVS noster, et sum TVLDENVS. Quid alter ad me scribat, alter ad te, sic videbis. Ego vero percurri statim librum, imò libros, et tot thesauros inveni: inveni et nomen meum, saepius, saepius, totidemque velut gemmis illustratum. Illa una, titulo Operis aurea manu tuâ expressa, tanti mihi est; ut nesciam, quid ingeniosius, quid venustius, quid benignius Ars, aut Natura possit. Parce centuriis, parce armis, ipso Arcem pretio capis. Arcem vero, quae tota Palladis, nihil omnino Martis habet. Atque egomet ipse tanto munere captus sum, tanquam satis Amore non vinciar. O suavem nexum! quia sic geminum. O suaves Versus! quos è manibus non depono. Quia ubique mentis acrimonia mixta est, non possum hanc nisi Musamentis appellare. Sic nunc vale, et uberiores à me litteras exspecta. Hisce enim non tam scribere volui, quam non silere; ac revera non iam unâ distractus curâ scribo. Lovanii, in Arce, ipso Autumni Aequinoctio,


MDCC. XLIV.

Totus TVVS Eupantus.

Ad Principem Sae
litterae sunt, et
a Comitibus NASSA-
VUS, qui sic studiis
vacant.

Hug. 37.

Lige. Puteanus




BIBLIORVM ROTTERDAMIENSIS

Vt Mares, etc. Hystoriarum, etc.


Handwritten Latin text, likely a letter or manuscript page, containing several paragraphs of dense script.

1712. X. 11.

Handwritten notes or signatures in the bottom right corner.



1667



[Faint, illegible handwriting throughout the page, likely bleed-through from the reverse side.]

Perillustri Amplissim⁹³ V.
D. CONSTANTINO HUGENIO,

Equiti,

Toparsae Zuhisemio,
Principi à Consiliis et Secretis.



Hug. 37.



1667
 10
 10
 10
 10

D. Constantijn Huygens
 D. Constantijn Huygens

11